Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35425
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

de cibo et potu in infernali nota

mote pascetur impii et potabuntur
illi. Ibi mors est pastus quia sit
potus audite quoniam uva eorum
uva fellis et botrus amarissimus
fel draconum vinum eorum et vene-
num aspidum insanabile. Ita scri-
bitur Deutronomii xxxii. O quanta
est hominis demencia pro delicijs et
divicijs seu pro aliqua re terrena
huius perpetua corporis et anime sub-
ire tormenta. Unde Crisostomus de
reparacione lapsi sic inquit: Dic
quanta tempora lubricis et deliciarum
spacio comparari vis penis sem-
piternis. Centum si placet annos
delicijs demus, adde et aliquos centum,
adde et decies centum quid erit comparacionis
ad eternitatem comparacio. Nonne
hec tempus vite huius quo delicijs
fruimur videtur et in dulcedine libidi-
nis noctis unius spacium ad eterni-
tatis comparacionem videtur. Quid dicam
ad repositas penas. Quid dicam
ad hoc quod delicie velud umbra
transeunt et velociter fugiunt pene
vero eternaliter manent. Et si equale
tempus et idem spacium delicijs esset
positum et pene, esset aliquis ita
stultus et demens ut eligeret pro
uno die deliciarum unum diem sub-
ire penarum. Non solebat dolor unius
hore et qualibet corporis cruciatus
in oblivionem mittere ac preteri-
tum tempus et voluptate transactum
ut Crisostomus. O eternum nunquam finem
habiturum corporis et anime tam grande
supplicium. O mors perpetue indi-
cibile tormentum. Quid referam de
te nescio. Non enim potest verbis comprimi
nec intellectu concipi a corde comprehendi.

o nota (Posito enim quod sit unus lapis

De lapide arenoso

de arena coagulatus et compactus
tante quantitatis sit infra gravitate
octave spere potest contineri, et
quod post millesies mille annos
per ordinacionem dei potenciam una are-
nula a dicto lapide tolleretur
et deinde post millesies mille annos
ad huc una et consequenter donec
totus lapis ad nichilum redigeretur
numquam consumpto lapide eternitas
predicta erit revoluta sic quod
dampnatorum anime tunc a penis
liberabuntur. Respondeo et dico
quod perpetuitas illa vix tunc sumit
inchoata. Non finiti ad infinitum
nulla est proporcio ut dicitur libro 8 physicorum.
Si enim hoc cognoscerent et scirent
peccatores condempnati quod dicto lapi-
de consumpto ab illis intollerabilibus
quos sustinent infernis cruciatibus
deberent eripi et totaliter liberari
mirabiliter super quod credi potest dic
deberent sperare ymmo quodammodo sperando
gauderent quo finiret fine suorum
tormentorum post innumerabiles ymmo
post incomprehensibiles et infinitos
fere annos quamvis tardissime ad
veniret. Sed illa est enim una maxima (nota)
omnium penarum videlicet desolacio
et certitudo dicti spei nunquam a penis
redimi seu liberari. Unde dicitur
in sermone xxxiiii Petri desolabit in
secula seculorum. Et psalmus xxxi contra tuos
hoc est impio nulla erit spes ultra.
Ergo nunc cogita varias terrarum
provincias et ymaginare regiones
singulas, comprehende fluvios et
maria, mundum mente circui et
totum perambula, ascende usque ad
celos et aere sit tu sola. Item
descende in abissi profunditatem